ille mihi uideri solet: qui non pleniore quodam ore de absentis q̃ de præsentis amici laudib⁹ loquat᷑. Atqui præsentem laudat: & si recte atq; uero id agit: assentationis tamen crimini apud plærosq; uidetur obnoxius. Existimatur em̃ id non tam ex animi sentẽtia: q̃ alicuius uel suscepti: ul' sperati cõmodi gratia cumulatius facere: q̃ par sit. Sed ne qd᷑ in alijs probare non soleo: in eo ipse in præsenti peccauisse censear: qui te per litteras quasi coram laudẽ: hac de re satis ac super. Nam quod ab me tibi debetur: melius fieri: q̃ dici uolo. Scire admodũ cupio: quid istic apud uos geritur. Non em̃ te latet: q̃ summopere Senensis reipu. quietẽ tranquillitatemq; percupio. Quare cum aliquorũ hominũ seditiones audio & conatus pestiferos: doleo eqdẽ æque ac debeo. Imprimis autẽ de Vrbano bellua. huic bello dicere uolui: certior fieri uolo. Increbruit enim apd᷑ nos præstantem istum ac pudicum uirum & ciuem optimũ mori decreuisse. Id ego miratus sum ualde. Nam quo pacto moriatur: qui nunq̃ uixerit. Verum siquã aliam mortem oppetere fortassis instituerit: q̃ impuri & obscœni homines suiq; simillimi cõsuerunt: uelim suas res gestas memoratu dignas ad me perscribat: quo eius nomen imortalitati cõmendem. Et ut intelligas siquid etiã in hoc dicendi genere Philelfus ualet: orationẽ funebrẽ ad te dedi: quã superioribus dieb⁹ habuim⁹ i Thodeschini sepultura. Hãc aũt si Vrbani sacerdotariã ista uxor audierit: nõ uereor fore: ut cornigerũ uirũ suũ nõ hortet᷑ modo: sed etiã agat continuo ad interitũ. Vale ex Mediolano. xiij. Kal. Nouẽbres. M.cccc.xxxx.

Franciscus Philelfus Augustino dato sal. dicit.

LItteræ: quas hesterno uesperi a te accepi: icessu ut aiunt: testudineo usæ sũt. Nã ꝑfectæ abs te ad xv. Kal. Sextiles: uix nostras fores: xiiij. Kal. Nouembres tãdẽ pulsauere. Monebis igit᷑: ne tam negligenter posthac iter faciant. Vereor tñ ne tuscis delectatæ ficis aut etiam æmilianis: ꝓpterea seri⁹ ad nos ierint: q᷑ accepissent bonorũ ficoꝝ copiã nõ eẽ insubrib⁹. Castigabis igit᷑ & ita istitues: ut tibi malint: q̃ gulæ obsequi. Grata fuerũt: quæ scripsisti oĩa.